

*Cardinali privati.*

Domino Bernardino Caravaial, yspano, *olim* Santa †  
in Franza.

Domino Guielmo Samallò, francese, in Franza.

Domino Federico San Severino, italo, in Franza.

Domino Renato Baju, francese, in Franza.

**14 Camere date in conclavi a li reverendissimi cardinali.**

*A la sinistra verso lo altar.*

1. Cardinal di Anglia.
2. Cardinal Arborens.
3. Cardinal de Nantes.
4. Cardinal de Grassis.
5. Cardinal Voltera.
6. Cardinal Senegaia.
7. Non. Cardinal de Libret.
8. Cardinal Ancona.
9. Cardinal Farnese.
10. Cardinal Corner.
11. Cardinal di Aragona.
12. Cardinal San Vidal.
13. Non. Cardinal Curzense.
14. Cardinal San Piero *ad vincula* apresso l'altar e la sacrestia.

*A la sinistra verso l'altar.*

29. Cardinal di Mantoa.
28. Cardinal Grimani.
27. Cardinal Sedunense.
16. Non. Cardinal Estense.
25. Cardinal Surentino.
24. Cardinal Strigoniense.
23. Cardinal San Zorzi.
22. Cardinal Sauli.
21. Cardinal Fliseo.
20. Cardinal Aginense.
19. Cardinal Final.
8. Non. Cardinal Aus.
17. Cardinal Petruzi.
16. Cardinal Hadriano.
15. Cardinal Medici apresso l'altar.

*Numero 29.*

*Exemplum litterarum regis Francie ad Collegium cardinalium, Romæ.* 15

Ludovicus Dei gratia Francorum rex, Mediolani ac Januæ dominus, reverendissimis in Christo patribus, carissimis ac dilectissimis amicis nostris, salutem et sinceræ dilectionis affectum. Redditæ nobis sunt litteræ vestræ datæ 21 Februarii, quibus certiorem nos reddidistis Julium secundum pontificem maximum, illo ipso die, post longam valitudinem diem suum extremum clausisse: cuiusve anima in pace requiescat, Omnipotentem Deum obtestamur. Ex eisdem litteris vestris intelleximus sanctum ac laudabile propositum institutumque vestrum de eligendo a vobis unanimiter, sancte et canonice, bono aliquo et digno Pontifice, deque pace et concordia per vos procuranda inter Christianorum principes ad Dei Omnipotentis honorem et laudem, in universalisque Christianæ Ecclesiae bonum atque augmentum. Qua et profecto his præsertim temporibus, nihil arbitramur esse posse Christiano populo convenientius, utilius aut necessarium magis, et cui ut pro viribus totoque animi et corporis studio et conatu operam detis, prout vos dare velle litteræ vestræ testantur, quam possumus maxime hortamur, rogamus, obsecramus. Nos certe, ejusmodi pacis, universalisque concordiae tam sumus amantes et cupidi, quod superioribus mensibus crebris ad vos litteris nostris satis superque vobis innotuit, ut nihil quicquam majore animi studio atque affectu desideramus; sumusque parati pro ea assequenda proque expeditione contra Salutiferæ Crucis hostes turcas conjunctis Christianorum principum omnium viribus ad felicem optatum; quæ jam pridem a nobis exitu perducenda, non tantum omnes nostras tam peditum equitumque copias, sed et personam quoque nostram exhibere atque exponere. Quod ni mirum superiora nostra acta et gesta, si ea justo animi judicio atque examine perpendere velitis, cumulatissime testantur, utpote qui rebus ac finibus nostris semper contenti et nihil de alieno affectantes, pacem ipsam universalem, de qua loquimur, omni semper studio expetiverimus: quam quidem etiam nunc vobis omnibus expetimus, peroptamus et desideramus. Neque unquam per nos stabit quo minus tam sanctum famque necessarium opus, suum omni ex parte sortiatur effectum. Cœterum, quia, quumprimum id commode sine aliquo viarum itinerumque diserimine ac periculo fieri poterit, oratorem aliquem nostrum ad vos pro superioribus nonnullisque aliis

15 \*